

RUDOLF JUŽNIČ.

LATINSKA VADNICA
ZA KLASIČNE GIMNAZIJE

I. DEL

81038



1949

LJUBLJANA

DRŽAVNA ZALOŽBA SLOVENIJE V LJUBLJANI

88618

UCBENIK JE DOVOLILO MINISTRSTVO ZA PROSVETO LRS

88618



0 830/1949

SAMOSTALNIK IN PRIDEVNIK

(Substantiv in adjektiv)

1. deklinacija: osnove na -ā (§§ 14—15*)

§ 1

Singular

sum	dōn-ō
es	dōnā-s dōnā!
est	dōna-t

1. Iugoslavia patria nostra¹ est. 2. Socia mea¹ sēdula est. 3. Ubi es, Anna? 4. Amīca tua¹ cum sociā suā¹ in officiā labōrat. 5. Mōnstrā Iugoslaviām in tabulā, Iūlia! 6. Puella rosā pulchrā² ōrnāta est.

7. Parva³ scintilla saepe māgnam³ flammam excitat. 8. Salūtā sociam meam,¹ Anna! 9. Minerva dea sapientiae erat. 10. Quid dōnās puellae? Puellae rosam pulchram² dōnō.

§ 2

Plural

sumus	dōnā-mus
estis	dōnā-tis dōnā-te!
sunt	dōna-nt

* Paragrafi se nanašajo na paragrafe Latinske slovnice Južniča in Korbarja.

§ 1: ¹ Nepoudarjen svojilni zaimsek stoji za samostalnikom. ² Nepoudarjen pridevnik stoji vobče za samostalnikom. ³ Poudarjen pridevnik stoji pred samostalnikom.

1. Rosae amoenae mēnsam ōrant. 2. Ubi estis, sociae? In officīnā sumus. 3. Cūr nōn labōrātis, amīcae? 4. Cantāte, puellae!

5. Bonae medicae amīcae fēminārum aegrōtārum sunt. 6. Fēminae filiās ad industriam incitant. 7. Magistrae in scholā puellis linguam Latinam explicant. 8. Aurōra Mūsīs amīca.¹ 9. In silvīs māgnīs multae bēstiae sunt. 10. In officīnis puellae cum sociīs suis dē industriā certant.

§ 3

1. Jugoslavija je lepa dežela. 2. Kje delaš, deklica? 3. Moja prijateljica je v šoli. 4. Anina hči (= Hči Ane) dá svoji prijateljici rožo.

5. Delavnost naših žena je znana. 6. Pridne deklice hvalimo. 7. Miza je okrašena (z)¹ rožami. 8. V tvornicah dela mnogo žena (= delajo mnoge žene).

2. deklinacija: osnove na -o

1. Samostalniki in pridevniki na -us (§§ 18—19)

§ 4

Singular

1. Discipulus meus sēdulus est. 2. Aesculāpius deus medicīnae erat. 3. Sānā mē, medice! 4. Discipulum sēdulum laudāmus. 5. Lūcius condiscipulus Mārci est. 6. Bonō medicō grātus sum. 7. Māgna¹ cēna stomachō māgna poena. 8. Cibō contentus nōn sum. 9. Mārcus cum sociō suō in hortō ambulat.

§ 2: ¹ V pregovorih se pomožni glagol izpušča.

§ 3: ¹ Besed v oklepajih ne prevajaj!

§ 4: ¹ Obilen.

§ 5

Plural

1. Ubi estis, discipuli? 2. In silvīs Slovēniae multī fungī sunt. 3. Aqua campīs necessāria est. 4. Medicī variōs morbōs sānant. 5. Vita servōrum Rōmānōrum misera erat.

§ 6

1. Marko je moj prijatelj. 2. Kje si, prijatelj? 3. Zakaj ne pozdravite mojega tovariša? 4. Zdravnikova znanost je bolniku potrebna. 5. Moj ded stanuje v majhni vasi.

6. Slava grških in egipčanskih zdravnikov je bila velika. 7. Anton in Lucij pozdravljata svoje tovariše. 8. (S) pridnimi učenci (dat.) smo prijazni. 9. Moji prijatelji delajo s svojimi tovariši na vrtovih.

2. Samostalniki in pridevniki na -r (§§ 20—21)

§ 7

Pasiv sedanjega časa glagolov 1. konjugacije:

laudo-r	laudā-mur
laudā-ris	laudā-minī
laudā-tur	lauda-ntur

1. Ager noster fēcundus est. 2. Alexander, propeṛā ad tabulam! 3. A medicō morbus puerī miserī sānātur. 4. Discipulus magistrō obtemperat. 5. A magistrō laudāris, puer sēdule!

6. Līberī sumus in liberā patriā. 7. Ubi estis, līberī meī? 8. Diligentia puerōrum et puellārum magistrīs iūcunda est. 9. In Iugoslaviā puerī cum virīs dē industriā certant. 10. A* magistrīs meritō vituperāminī, puerī pigri! 11. Discipulī magistrum exspectant et librōs parant.

§ 8

1. Dečkova pridnost je možu prijetna. 2. Zbudite dečka iz spanja! 3. Učitelj pokliče Aleksandra k tabli. 4. Na polju

* Nad velikimi črkami dolžina ni označena.

delajo možje in žene. 5. Dobre knjige so dobre učiteljice. 6. Dečki pozdravljajo učitelje. 7. Učitelji vzpodbujajo lene dečke k delavnosti (pas.). 8. Ubogajte učitelje, dečki!

3. Neutra (§ 19)

§ 9

Sedanji čas glagolov 2. konjugacije:

gaude-ō	gaudē-mus
gaudē-s	gaudē-tis
gaude-t	gaude-nt
gaudē!	gaudē-te!

1. Oppidum nostrum māgnū nōn est. 2. Virī industrii ōtium vituperant. 3. Multae stēllae caelum ōrnant. 4. In terrā inopia frūmentī erat. 5. Vir piger ōtiō gaudet. 6. Vicus vester oppidō nostrō propinquus est.

7. Māla mātūra rubra sunt. 8. Clāra pacta, boni amīci. 9. Timēte vitia, amīci! 10. Inter bella silēnt Mūsae. 11. In lugoslaviā cōpia variōrum metallōrum est. 12. Dōnis pulchris gaudēmus.

§ 10

1. Vīno škoduje dečkom in deklicam. 2. Železo je potrebna kovina. 3. Na nebu je mnogo zvezd. 4. Delavci našega mesta tekmujejo z delavci sosednjih mest. 5. V mestih je mnogo poslopij.

4. Feminīna na -us (§ 21)

§ 11

1. Pōpulus alta est. 2. Umbra māli lātae iūcunda est. 3. In hortō nostrō multae pirī et cerasi sunt.

4. Aegyptus fēcunda est. 5. Dēlus parva patria Diānae erat. 6. Ephesus templō Diānae clāra erat. 7. Humum āridam aquā irrigāmus.

5. Masculīna na -a (§ 15, 2)

§ 12

1. Agricola industrius agrum arātrō vel māchinā arat.
2. Horātius clārus poēta lyricus erat.
3. Incolae vicōrum nostrōrum industrii sunt.
4. Dalmatae nautae peritī sunt.
5. Belgae antiqūi bellicōsi erant.

§ 13

1. Visoki topoli krasijo pota.
2. Na košati jablani so rdeča jabolka.
3. Nil namaka rodovitni Egipt.
4. Efez leži v Aziji.
5. Naši poljedelci so delavni.
6. Dalmacija je domovina izkušenih mornarjev.

§ 14

Dē Iugoslaviā

1. Patria nostra est Iugoslavia.
2. In Iugoslaviā multae terrae sunt.
3. In terrīs Iugoslaviae multa oppida et multī vici sunt.
4. Incolae oppidōrum et vicōrum industrii sunt; terram suam amant et in bellō impavidī sunt.
5. Operārii in officinīs, agricolae in agrīs labōrant et dē industriā certant.
6. Agrī nostri fēcundi sunt.
7. In Iugoslaviā māgnae silvae et vineae pulchrae sunt.
8. Vīnum vineārum nostrārum ēgregium et ubique nōtum est.
9. Sub terrā varia metalla sunt: aurum, argentum, ferrum, plumbum.
10. E metallis varia instrūmenta parantur.
11. Frūmenta, ligna, pōma, vīna in terrās aliēnās exportāmus.
12. In Iugoslaviā multī fluvii sunt: Savus, Dravus, Danuvius.

13. Una ē terrīs Iugoslaviae Dalmatia est.
14. In ōrā Dalmatiae multa oppida sita sunt.
15. Dalmatae, nautae peritī et impavidī, in Dalmatiā et in insulis vicinīs habitant.
16. In Dalmatiā ōlim multae colōniae Rōmānae erant.

5. deklinacija: osnove na -ē (§ 24)

§ 15

Singular

Imperfekt glagolov 1. konjugacije:

pugnā-ba-m	pugnā-bā-mus
pugnā-bā-s	pugnā-bā-tis
pugnā-ba-t	pugnā-ba-nt

1. Iugoslavia rēs pūblica foederātiva est. 2. Populus noster rem pūblicam amat. 3. Diēs diem docet. 4. Sine spē victōriae in aciē pugnābant. 5. Aurōra nūntia diēi est. 6. Rāra erant exempla vērae fidei. 7. Nimia audācia saepe causa perniciēi est. 8. Discordiā rei pūblīcae perniciem parābātis.

§ 16

Plural

1. Slovēnia, Croatia, Serbia trēs rēs pūblīcae foederātae Iugoslaviae sunt. 2. Variāe sunt speciēs plantārum. 3. Diēs serēnōs amāmus. 4. Rēbus pūblīcis concordia necessāria est. 5. In rēbus pūblīcis Iugoslaviae agrī cultūra flōret. 6. Vērī amīcī nōn solum in rēbus secundīs, sed etiam in rēbus adversis fidem servant. 7. Spatium diērum varium est.

§ 17

1. Nobenega upanja nimam. 2. Ohranite zvestobo državi!
3. Prebivalci mesta so hiteli iz ravnine na grič.

4. Dnevi so lenim možem dolgi. 5. Sloga krepī države.
6. Veliko je bilo število grških držav. 7. V nesreči smo hranili upanje.

4. deklinacija: osnove na -u (§ 25)

§ 18

Singular

1. Fructus māli lātae bonus est. 2. Usus magister. 3. Rōmānī cōsulātūs avidī erant. 4. Dīgītī manūs sunt quīnque. 5. Equitātus ad repentinum impetum necessārius est. 6. Amoenō luscīniae cantū gaudēmus. 7. Equitātus peditātūī praesidiō¹ est.

§ 19

Plural

1. Passūs virōrum longī sunt. 2. Manūs sunt duae: dextra et sinistra. 3. Senātus Rōmānus māgnōs exercitūs comparābat. 4. Gaudeō et timeō verba affectuum sunt. 5. Vīsus et auditus sēnsibus adnumerantur. 6. In exercitibus Rōmānīs peditātus plūs valēbat quam equitātus.

§ 20

1. Tok Drave je deroč. 2. Otroci imajo radi (= ljubijo) sadove češnje. 3. (Ob) prihodu (abl.) rimske vojske so bili Galci v velikem strahu. 4. Naši vojski je strah neznan. 5. Jugoslavija izvažā različne sadove. 6. Oblika sadov je različna. 7. Mnoge stvari so čutom škodljive. 8. Otroci se vesele sadov hrušk.

Neutra 4. deklinacije (§ 25)

§ 21

1. Agricola nimium gelū timet. 2. Dextrō cornū exercitūs Rōmānī sinistrum cornū Germānōrum oppositum erat. 3. Rōmānī sonitū cornūs equitātūī signum pugnae dabant.

4. Cornua cervōrum rāmōsa sunt. 5. Duo genua habēs, dextrum et sinistrum. 6. Cornuum et tubārum sonitus equum nōn terret. 7. Equitātus Rōmānus in cornibus erat.

§ 18: ¹ v zaščito (dativ namena).

1. Nežnim zeliščem je prevelik mraz poguben.
2. Na desnem krilu rimske vojske so bili zavezniki.
3. Kolena bolnega moža so šibka.
4. Jeleni vsako leto menjajo rogove.
5. Biki se bojujejo (z) rogov.

5. (mešana) deklinacija

A. Osnove na vokal

1. a) Neutra na -e (§ 27)

§ 23

1. Océanus Atlanticus mare māgnum est.
2. Nautae ad mare properābant.
3. Terra marī opposita est.
4. In marī variae plantae sunt.
5. Spalatū in ōrā maris Adriaticī sitū est.

6. Rētia parva aut māgna sunt.
7. Nautae per maria nāvigābant.
8. Orae nōnnūllōrum mariū arduae sunt.
9. In maribus plantae variārum speciērum sunt.

1. b) Neutra na -al in -ar (§ 27)

§ 24

1. Equus animal domesticū est.
2. Parsimōnia māgnum vectigal.
3. Animālī nimium gelū nocet.
4. Ab animālī vīta amātur.

5. Exemplāria vērōrum amicōrum rāra erant.
6. Dēlēte, puerī, animālīa noxia in agrō!
7. Fōrma calcārium varia est.
8. Rōmānī incolās prōvinciārum māgnīs vectigālībūs vexābant.

§ 25

1. Jadransko morje je naše morje.
2. Mornarji ljubijo morje.
3. Morska (= morja) voda je slana.
4. Potoki in reke hite v morje.
5. Neptun je bil bog morij.

6. Konja vzpodbadamo (z) ostrogo.
7. Davki so državi potrebni.
8. V morju je množica velikih živali.

II. Samostalnikī na -is: turris (§§ 28, 30)

§ 26

Imperfekt glagolov 2. konjugacije:

timē-ba-m	timē-bā-mus
timē-bā-s	timē-bā-tis
timē-ba-t	timē-ba-nt

1. Tussis virō aegrōtō molesta est. 2. Rōma in rīpā Tiberis sita est. 3. Sitim aquā sēdāmus. 4. Rōmānī febrim timēbant. 5. Rōmānī ad Ararim cum Helvētiīs pugnābant. 6. Vergilius poēta in oppidō Neāpoli sepultus erat. 7. In mūrō turrēs altae erant. 8. Nova speciēs febrium incolās miserōs vexābat. 9. Oppida ōlim mūrīs et turribus altīs mūnīta erant.

§ 27

1. Mnogo potokov hiti v Tiberu. 2. Bolnika muči mrzlica in nadležni kašelj (pas.). 3. Na zidovih je bilo veliko število visokih stolpov.

III. Samostalnikī na -is in -ēs: nāvis, vulpēs (§ 28)

§ 28

1. Classis Iugoslaviae per mare Adriaticum nāvigat. 2. Discipulī prīmae classis prīmānī sunt. 3. Nautae puppim et prōram nāvis corōnīs ōrnant. 4. Vulpēs callida est. 5. Procella parvae nāvi periculōsa est. 6. Vulpī cauda longa et lāta est. 7. Famem facilius tolerāmus quam sitim. 8. In nāve multī nautae erant. 9. Alesia clāde Gallōrum nōta est.

10. Helvētīi novās sēdēs optābant. 11. Cantus avium auribus nostrīs iūcundus est. 12. Mare nāvibus refertum erat.

1. V Egiptu je bila velika lakota. 2. Mornar ljubi svojo ladjo. 3. Prebivalce Indije često muči lakota (pas.). 4. Veliki porazi so državam pogubni. 5. V naših gozdovih je veliko število lisic.

IV. Moški samostalniki na -is in -ēs (§ 29)

§ 30

I. Spol po naravi. 1. Homērus ab Horātiō vātēs Maconius appellātur. 2. Cīvēs Rōmānī etiam multōs hostēs nōn timēbant.

II. Spol po slovnični obliki. 3. Ensis puerō periculōsus est. 4. Sextus annī mēnsis Iūnius est. 5. Rōmānī dominī ūniversī orbis terrārum erant. 6. Collēs aprīcī Slovēniae vitibus cōnsitī sunt.

7. Finis vitae certus nōn est. 8. Cavē canem! 9. Est modus in rēbus, sunt certī dēnique finēs. 10. Pānis nōbīs necessārius est. 11. Ignis necessārius, sed saepe periculōsus est. 12. In Danuviō, māgnō amne, multī et variī piscēs sunt. 13. Unguēs nōnnūllārum bēstiārum acūtī sunt.

§ 31

1. Rimljani so imeli mnogo sovražnikov (= Rimljanom so bili mnogi sovražniki). 2. Na ravnini je bil visok grič. 3. Glad tešimo (s) kruhom. 3. Ptice se boje ostrih orlovih krempljev.

Pridevniki vokalne deklinacije (§ 31)

I. brevis, breve

§ 32

Infinitiv glagolov 1. konjugacije: vituperā-re

1. Cursus vitae brevis est. 2. Epistula tua brevis erat. 3. Spatium vitae breve est. 4. Facile est vitia aliorum vituperare, difficile sua emendare. 5. Fortem fortuna adjuvat.

6. In omnī rē prūdētia necessāria est. 7. Similis similit̃i gaudet. 8. Omnia praeclāra rāra. 9. In rē pūblicā nostrā omnia bona commūnia sunt. 10. Fīlia sub tiliā subtilia fila filat. 11. Perniciēs bellōrum cīviliū apud Rōmānōs māgna erat. 12. Amicitiae immortālēs, inimicitiae mortālēs esse dēbent (Livius).

II. ācer, ācris, ācre

§ 33

1. Audītus fēlis ācer est. 2. Memoria puerī ācris est. 3. Calcar ācre est. 4. Nāvis celeris per mare nāvigābat. 5. Templum Diānae Ephesiae celebre erat. 6. Iugurtha vir ācri ingeniō erat. 7. In patriā nostrā cōpia plantārum salūbriū est. 8. Saepe celeria (hitro učinkujoča) remedia necessāria sunt.

§ 34

1. Konj je hiter. 2. Hitra pomoč je bila potrebna. 3. Vsak začetek (je) težak. 4. Mož se veseli hitrega konja. 5. Hrabri možje se ne boje (= so prosti strahu). 6. Orlove oči so bistre (= ostre). 7. Konji so koristne živali. 8. Slava naših junakov je velika. 9. V pristanišču je bilo brodovje hitrih ladij.

B. Osnove na konzonant

1. Asigmatične tvorbe: osnove na l, n, r, s
(§§ 33—34)

a) Masculina

§ 35

Singular

1. Amor glōriae Rōmānīs insitus erat. 2. Avē, imperātor! 3. Vīta exulis misera est. 4. Color carbōnis āter est. 5. Scripta Cicerōnis sermōnis Latīnī ēlegantīā clāra sunt. 6. Homīnī cibis necessārius est. 7. Turtur timidus vulturem timet. 8. Ex

ungue leōnem. 9. Sōle splendidō terra illūstrātur. 10. In āere sēdēs nūbium est. 11. In māgnō timōre sum.

§ 36

Plural

1. Iūcundī actī labōrēs. 2. Līctōres ante cōsulēs fascēs cum secūrī portābant. 3. Mōrēs populōrum variī sunt. 4. Iūcundō flōrum odōre et colōre dēlectāmur. 5. Dēmōsthenēs et Cicerō māgnī ōrātōrēs erant. 6. In silvīs nostrīs māgnus numerus leporum est. 7. Cīvēs Rōmānī cōsulibus et senātōribus obtemperābant. 8. Vir aegrōtus ācribus dolōribus vexātur.

§ 37

1. Brez sonca ni živiljenja (nomin.). 2. Levovi kremplji so tudi človeku nevarni. 3. Materin jezik je človeku drag. 4. Delo delavca in poljedelca je v naši državi v veliki časti. 5. Vojnj cvetlice je prijeten.

6. Mnogi ruski (= Rusije) pisatelji so slavni. 7. Afrika je domovina levov. 8. Boječi zajci imajo (= b. zajcem so) mnogo sovražnikov (nomin.).

b) Fēminīna

§ 38

I. Spol po naravi. 1. Soror tua uxor bona est. 2. Mulierī Rōmānae vinī ūsus ōlim ignōtus erat. 3. Māter mea et pater tuus in hortō sunt.

II. Spol po slovnični obliki. a) dō, gō, iō: 4. Valetūdō bona aut mala est. 5. Habēte cūram valetūdinis, puerī et puellae! 6. Militēs fortēs māgnam hostium multitudinē nōn timent. 7. Imāginēs pulchrās libenter spectāmus. 8. Repetitio est māter studiōrum. 9. Multae regiōnēs patriae nostrae pulchrae sunt. 10. Omnia prō renovātiōne!

b) arbor, tellūs: 11. In parvā arbore multi fructūs erant. 12. Tellūs-ūmida erat. 13. Dēsiderium tellūris in mari māgnū erat.

c) Masculina na dō, gō, iō

§ 39

1. Pūgiō acūtus est.
2. Ordō hominī necessārius est.
3. Honor ōrdinis senātōrii apud Rōmānōs māgnus erat.
4. Marginēs ripae ardui sunt.

§ 40

1. Moja mati kliče tvojo sestro.
2. Strasti so zdravju škodljive.
3. Alpske pokrajine niso tople, ampak mrzle.
4. Na vrtu je mnogo dreves.
5. Vrste sovražnikov so bile zmedene.
6. Bodala niso tako dolga kakor meči.

č) Neutra

§ 41

1. Vēr iūcundum est, vēre folia viridia sunt.
2. Murmur populi ōrātōrii iūcundum nōn est.
3. Fulgura splendida ex ātrīs nūbibus micābant.
4. Nāvēs ex rōbore factae erant.
5. Parthī rōbur Rōmānum timēbant.
6. Substantivum rēs generis fēminini est.
7. Opera clārōrum poētārum et ēgregia māgnōrum virōrum facinora immortālia sunt.
8. Corpora puerōrum et puellārum labōribus firmantur.
9. Temporibus antiquis servī gravia onera portābant.
10. Vulnēra in pectore honesta sunt.
11. Historia est testis temporum.

§ 42

1. Dravus flūmen rapidum est.
2. Cīvī Rōmānō tria nōmina erant: praenōmen, nōmen gentile, cōgnōmen.
3. Homēri carminibus certāmina virōrum fortium celebrantur.

4. Mel Hymētti clārum erat.
5. Multi hominēs ex felle labōrant.
6. Os hominis sāni rubrum est.
7. In corpore māgnus numerus ossium est.

§ 43

1. Žuborenje voda je popotniku prijetno.
2. Različne bolezni mučijo človeški rod.
3. Delo krepí telesa (pas.).
4. Sava in Donava sta veliki reki.
5. Med je sladek.
6. V ustih je nebo.
7. Kostí so bele.

2. Sigmatične tvorbe: osnove na cg, dt, bp (§§ 37, 38)

a) Fēminīna

§ 44

1. Mēns sāna in corpore sānō. 2. Ars longa, vīta brevis. 3. Augustī temporibus Rōma urbs marmorea erat. 4. Mediā nocte ubīque pāx erat. 5. Vīta plēbis Rōmānae misera erat. 6. Antonius puer meae aetātis est. 7. Mors certa, hōra mortis incerta. 8. Hieme frīgidā viae nive altā tēctae erant. 9. Locus palūde māgnā mūnitus erat. 10. Virtūte vestrā rem pūblicam servitūte liberātis. 11. Rōmānī in senectūte iuventūtī praeclāra praecepta dabant. 12. Pārēte lēgibus, cīvēs, nam lēgēs ad salūtem cīvium necessāriae sunt. 13. Auctōritās lēgum bonis cīvibus cāra est. 14. Athēnae sēdēs artium et litterārum erant.

b) Masculīna

§ 45

I. Spol po naravi. 1. Praetōrēs Rōmānī summī iūdicēs erant. 2. Mors militī fortī causa timōris nōn est. 3. Opera artificum Graecōrum clāra sunt. 4. Peditēs rōbur exercitūs Rōmānī erant.

II. Spol po slovnični obliki. 5. In silvā fōns clārus erat. 6. Sanguis ruber est. 7. Multae guttae aquae etiam dūrum lapidem cavant. 8. Pontēs lignēi, lapidei vel ferrei sunt. 9. Duōs pedēs habeō. 10. Parietēs pulchrīs imāginibus ōrnāti sunt. 11. Verticēs montium altōrum etiam aestāte nive altā tēcti sunt. 12. Canēs cūstōdēs gregum nostrōrum sunt. 13. Vitam et sanguinem prō patriā nostrā!

c) Neutra

§ 46

1. Caput nostrum crīnibus ōrnātur. 2. Quot capita, tot sententiae. 3. Lāc album potiō sālūbris est. 4. Cīvī bonō salūs.

commūnis cordi est. 5. In ōre mel, in corde fel. 6. Ilias et Odyssēa clāra Homēri poēmata sunt.

§ 47

1. V miru cveto umetnosti in znanosti. 2. Barva krvi je rdeča. 3. Zobje so beli. 4. Doba noči (pl.) je starcem dolga. 5. Scipion Afričan je bil zmagovalec narodov. 6. Otroci imajo radi (= ljubijo) sladko mleko. 7. Oblika človeške glave je lepa. 8. Žene so nosile težka bremena na glavah.

Pridevniki konzonantne deklinacije

A. A s i g m a t i č n i (§ 35)

§ 48

1. Antonius vetus amīcus meus est. 2. Vetus vinum bonum est. 3. Perīculum omnium pār erat. 4. Senēs vetere vīnō recreantur. 5. Veteribus Slovēnis omnia commūnia erant. 6. In Africā incolae pauperēs in tuguriīs parvis habitant. 7. Ab homine naufragiī memori mare vītātur. 8. Omnēs militēs nostrī parī fortitūdine pugnābant.

§ 49

1. V starem gozdu je mnogo zveri. 2. Starci ljubijo stara vina. 3. V velikih rimskih mestih je bilo veliko število revnih ljudi. 4. V naši državi so pravice vseh državljanov enake.

B. S i g m a t i č n i (§ 39)

§ 50

1. Ab homine ratiōnis et ōratiōnis particeps reliqua animalia superantur. 2. In urbe Rōmā parvus numerus dīvitum et māgna turba inopum erat. 3. Incolae multārum Africae regiōnum inopī victū contentī esse dēbent. 4. Militēs Rōmānī cum hostibus ancipitī proeliō pugnābant.

1. Elephantī ingentī māgnitūdine corporum sunt. 2. Vir aegrōtus vehementī dolōre vexātur. 3. A nautā audācī saepe nāvis servātur. 4. Hominēs ratiōnis et ōrātiōnis participēs, reliqua animālia autem expertia sunt. 5. In Hannibale māgnae virtūtēs et ingentia vitia erant. 6. Audācia facinora saepe exercitum servant.

7. Militēs nostrī ingentium periculōrum participēs erant. 8. Vīta hominum audācium saepe ingentibus periculīs obnoxia est.

9. A sapiente mors nōn timētur. 10. Cōnsilia virōrum et fēminārum sapientium ūtilia sunt. 11. Pittacus in numerō septem sapientum erat.

1. Državljan, ki dela (= deležen dela), pripravlja državi blaginjo (pas.). 2. Žival, ki nima (= nedeležna) pameti, je (= pripravlja) (pas.) čisto človeku nevarna (= nevarnost). 3. V rimski državi so bili bogatini in reveži; njihove (eōrum) pravice niso bile enake. 4. Pameten mož daje mladini koristne nauke (pas.). 5. Na morju so čakale mornarje velikanske nevarnosti. 6. Roparske živali so ostalim živalim nevarne.

Ponavljanje deklinacij

Fābula dē cervō

1. Cervus imāginem suam in fonte clārō spectat; cornua rāmōsa laudat, vituperat nimiam gracilitātem crūrū. 2. Tum repentinō latrātū territātur et fugātur; crūrībūs tenuībūs periculō liberātur et servātur, sed in silvā cornua rāmōsa celerī fugae cervi miserī obstant. 3. Iam canēs appropinquant et cervum dilacerant.

Dē diē

1. Diēs clārus noctem fugat. 2. Merīdiēs media pars diēi est. 3. Diēs diēi similis nōn est. 4. Diem sōl, noctem lūna et stēllae illūstrant. 5. Hieme diēs brevēs sunt, noctēs longae; aestāte diēs longī sunt, noctēs brevēs. 6. Spatia diērum et noctium vēre, aestāte, autumnō, hieme varia sunt. 7. Diēbus hiemis similēs sunt diēs senectūtis.

Dē frūgibus

Duo genera frūgum sunt: frūmenta, ut triticum, hordeum, et legūmina, ut faba, lēns. Frūmentī genera: hiberna, ut triticum, far, hordeum; aestīva, ut milium. Antīquissimum in cibis hordeum.

Dē corpore hūmānō

Partēs corporis sunt trēs: caput, truncus, membra. Partēs capitis sunt: faciēs, tempora, occiput, vertex. In craniō cerebrum est. Cranium crīnibus ōrnātur. Partēs faciēi sunt: frōns, duo oculī, duae buccae, nāsus, ōs, mentum. Partēs oculōrum multae sunt, ut orbita, pūpilla, cornea, palpebra, cilium, supercilium. Labra partēs ōris sunt. In ōre palātum dūrum, palātum molle, lingua, dentēs sunt. Mentum nōnnūllōrum virōrum barbā ōrnātur. In lateribus capitis duae aurēs sunt.

Inter caput et truncum collum est. Partēs truncī sunt: pectus, venter, dorsum. In pectore cor et pulmōnēs sunt. Pulmōnibus spīrāmus. In corde sanguis est. Circulātiō sanguinis hominis sāni per vēnās et aortās rēgulāris est. Pulsus sīgnum circulātiōnis est. In ventre stomachus, iecur, fel, intestina sive viscera sunt. In mediō dorsō columna vertebrālis est; in columnā vertebrālī medulla est.

Extrēmītātēs sunt quattuor. Partēs extrēmītātis superiōris sunt: umerus, brachium, manus. In brachiō cubitum est, in manū dorsum manūs, palma, quīnque digitī. In digitīs unguēs sunt.

Partēs extremitātis inferiōris sunt: femur, crūs, pes. Inter femur et crūs genū est. Partēs pedis sunt: dorsum pedis, planta, calx, digitī.

Corpus ē musculis, ossibus, nervis, sanguine compositum est. In ossibus medulla est, substantia mollis et tenera. Corpus cute tēctum est.

Stopnjevanje pridevnika (§ 43)

§ 57

Komparativ

1. Cursus amnis longior est quam cursus fluvii. 2. Quid cārius est vitā? 3. Canis equō celerior est. 4. Rosa pulchrior est quam aliī flōrēs. 5. Casa humilior est quam palatium. 6. Aēr in montibus tenuior est quam in vallibus. 7. Mārcum diligentīorem appellant Philippō.

8. Aestāte diēs longiōrēs sunt noctibus. 9. Lūce sunt nōbīs clāriōra cōnsilia tua omnia. 10. Bēstiae ācriōribus sēnsibus praeditae sunt quam hominēs.

§ 58

Superlativ

1. Līnea AB longa est, līnea BC longior, līnea CD longissima. 2. Achillēs fortissimus omnium virōrum erat. 3. Apud Helvētiōs longē nōbilissimus erat Orgetorix. 4. Vestis puellae tenuissimō līnō est. 5. Sapiēns erat Sophoclēs, sapientior Eurīpidēs, omnium virōrum sapientissimus Sōcratēs.

§ 59

1. Ana je pridnejša kakor Julija. 2. Podnebje Italije je bolj zdravo kakor podnebje Germanije. 3. Nič ni bednejše

(od) izdajstva domovine. 4. Duh je hitrejši (od) luči. 5. Pozimi so dnevi krajši (od) noči. 6. Reke so daljše in širše kakor potoki.

7. Železni mostovi so najtrdnješi. 8. Pes je najbolj zvesta (med) vsemi živalmi. 9. Filip je najbolj priden (med) vsemi učenci.

§ 60

Posebnosti

1. Celeris est vōx, celerior lūx, celerrimus animus. 2. Rosa pulcherrimus omnium flōrum est. 3. Veterrima vīna salūberrima sunt.

4. Canis omnium animālium lupō simillimus est. 5. Trānsitus Alpium difficillimus est. 6. Cervōrum crūra gracillima sunt.

7. Nēmō benevolentior et beneficentior est parentibus; parentēs benevolentissimī et beneficentissimī sunt. 8. Fūnera apud Rōmānōs māgnificentissima erant. 9. Nēmō Rōmānōrum prōvidentior erat Q. Fabiō Maximō Cunctātōre.

§ 61

1. Homerjeve pesnitve so zelo lepe. 2. Orlove oči so zelo bistre. 3. Grajati je najlažje. 4. Jajce je jajcu najbolj podobno. 5. Nihčje ni bolj obrekljiv (od) zavistnih ljudi. 6. V mestih so zelo krasna poslopja.

§ 62

Opisno stopnjevanje

1. Ferrum magis necessārium est quam aurum; ferrum omnium metallōrum maximē necessārium est. 2. Otium iuventūtī maximē noxium est. 3. Plānitiēs ad pugnam magis idōnea est quam montēs. 4. Spēs pācis maximē exigua erat. 5. Rīpa flūminis saepe magis ardua est quam ōra maris. 6. Permūtātiō mercium antīquior est quam ūsus pecūniae.

Nepravilno stopnjevanje

1. Hibernia insula minor est quam Britannia. 2. Mare Mediterraneum maius est mari Adriatico. 3. Ordo senatorius in maiore honore erat quam ordo equester. 4. Sueborum gens maxima et bellicosissima erat Germanorum omnium. 5. Digitus minimus tenuissimus est.

6. Iustum bellum servitute melius est. 7. Bolētus optimus fungorum nostrorum est. 8. Malus est error, peior defensio erroris, pessimum mendacium.

9. Industria saepe plus valet quam robur. 10. In schola hodie plures discipuli sunt quam heri. 11. Imperium plurimum in bello periculosum est. 12. In prato plurimae et optimae herbae sunt.

13. Nihil homine invidio nequius est. 14. Sokrates vir frugalissimus Atheniensium erat.

§ 64

1. Nesloga državljana je državi škodljivejša kakor četa sovražnikov. 2. Kaj je boljše in slajše (od) medu? 3. Luna je manjša kakor zemlja, a sonce je večje (od) zemlje. 4. Sramotno življenje je slabše kakor smrt. 5. Vaja je najboljša učiteljica. 6. Azija je največji del zemlje, Avstralija najmanjši. 7. Sovražnikov (nomin.) je bilo več kakor naših vojakov (nomin.). 8. V naših šolah je zelo mnogo učencev.

PRISLOV (ADVERBIUM) (§ 45)

Stopnjevanje prislova

§ 65

Pozitiv

Sedanja čas glagolov 3. konjugacije:

crēd-ō	crēd-i-mus
crēd-i-s	crēd-i-tis
crēd-i-t	crēd-u-nt

I

1. Aquila altē volat. 2. Rōmānī in theātrō clāmābant: pulchrē, bene, rectē.

II

a) 3. Cūr turpiter terga vertitis? 4. Militēs ācrit̃er et atrō-citer pugnābant.

b) 5. Vehementer errās, sī id crēdis. 6. Militēs bonō duci libenter pārent.

III

7. Fēlicem rārō videō, Philippum saepe. 8. Sērō medicīna parātur. 9. Discipulus sēdulō discit. 10. Iam diū tē exspectō. 11. Vitia facile vituperantur, nōn facile (difficulter) ēmendantur.

§ 66

Komparativ in superlativ

1. Aquila altius volat quam columba. 2. Fēlix diligentius discit quam Victor. 3. Pēius vivō quam tū. 4. Quō rār̃ius tē videō, eō magis tē dēsiderō.

5. Aquila altissimē volat. 6. Fēlix diligentissimē discit. 7. Dominī Rōmānī servōs pessimē tractābant. 8. Est mihi optimē.

§ 67

1. Dobri starši otroke prav vzgajajo. 2. Dobro odgovarjaš. 3. Naši vojaki so se hrabro bojevali. 4. Modro upravljajte državo!

5. Marka redkeje vidim kakor Viktorja. 6. Naši vojaki so se bojevali bolj hrabro kakor sovražniki.

7. Grki so se zelo hrabro bojevali s Peržani.

ŠTEVNIK (NUMERALE) (§§ 47, 48)

1. Glavni števnik (numerālia cardinālia)

§ 68

1. Salūs rei pūblicaē antīquīs temporibus saepe in virtūte ūnīus virī erat (je bila odvisna od). 2. Militēs ūnō animō et ūnā vōce proelium postulābant. 3. Unās litterās habeō. 4. Duo amīcī ūnus animus in duōbus corporibus sunt. 5. Duōs oculōs et duās aurēs habeō. 6. Gallia dīvisa erat in partēs trēs. 7. Tempora annī quattuor sunt: vēr, aestās, autumnus, hiems. 8. Quot sunt duo et tria? Duo et tria sunt quīnque. 9. Antīquissimus Rōmānōrum nummus erat ās (vel libra). Duo assēs et sēmis nōminābātur sēstertius (HS). Dēnārius decem assium erat. 10. Annus duodecim mēnsium est. 11. Quot annōs nātus es? Undēvīgintī. 12. Militēs vīgintī ūnus cum vīgintī septem hostibus pugnābant.

§ 69

1. Mēnsis Februārius duodētrīgintā vel ūndētrīgintā diērum est. 2. Mēnsis Iūlius trīgintā ūnīus diērum est. 3. Legiō Rōmāna trīgintā manipulōrum vel sexāgintā centuriārum erat. 4. Duodēquadrāgintā annōs tyrannus Syrācūsārum fuit Dionysius. 5. Homō septuāgintā annōs nātus senex est. 6. Trīgintā quīnque et sexāgintā quattuor sunt ūndēcentum (ali: nōnāgintā novem). 7. Vēr diēs habet XCI, aestās XCIV, autumnus XCI, hiems XXCIX (Varrō).

§ 70

1. Annus spatium trecentōrum sexāgintā quīnque vel sex diērum est. 2. Spatium mīlle annōrum decem saecula continet. 3. Classis Xerxis mīlle et ducentārum nāvium longārum fuit. 4. Sacer mōns tria ab urbe mīlia passuum abest. 5. Legiō Rōmāna quattuor, quīnque vel sex mīlium peditum erat. 6. Helvētiōrum finēs in longitudinem mīlia passuum CCXL, in lātitudinem CLXXX patēbant.

1. Delo dveh ali treh več velja kakor delo enega. 2. Dve nogi in dve roki imam. 3. Ena in tri je štiri. 4. Anton je deček štirih let. 5. 21 legij in 5 legij je 26 legij. 6. Koliko let je star tvoj oče? 59. 7. Koliko je 100 in 800? 900. 8. Doba 1000 dni ima (= vsebuje) 24.000 ur. 9. 1000 korakov in 2000 korakov je 3000 korakov.

2. Vrstilni števniki (numerālia ordinālia)

1. Quota hōra est? Hōra est prima (secunda, tertia). 2. Epistula VII. diē mēnsis Iūniū data est. 3. Primus annī mēnsis antiquissimis temporibus Mārtius fuit, itaque Iūlius Quintilis, Augustus Sextilis appellābatur; September tum septimus mēnsis erat. 4. Duodecimus et ultimus mēnsis December est. 5. Primō diēi mēnsis apud Rōmānōs nōmen fuit Kalendae, quīntō Nōnae, tertiō decimō Idūs; mēnsibus autem Martiō, Māiō, Iūliō, Octōbri septimō diēi nōmen fuit Nōnae, quīntō decimō Idūs. 6. Undēvicesimō diē mēnsis Octōbris (ante diem decimum quārtum Kalendās Novembrēs) liberātiōnem capitis civitātis nostrae celebrāmus. 7. Hadriānus imperii annō vicesimō ūnō animam efflāvit.

1. Cohors decima pars legiōnis fuit, manipulus trīcēsima, centuria sexāgēsima. 2. M. Aurēlius ūnō et sexāgēsimō, Nerva septuāgēsimō alterō aetātis annō animam efflāvit. 3. Maxima sēditiō servōrum in Italiā contrā dominōs Rōmānōs ab a. a. ae. n. quārtō et septuāgēsimō usque ad annum septuāgēsimum ūnum fuit; dux sēditiōnis Spartacus fuit. 4. Ab a. a. ae. n. quīngentēsimō decimō usque ad annum trīcēsimum ūnum Rōma rēs pūblica libera fuit. 5. Quō annō nāta es? Annō millēsimō nōngentēsimō duodēquadrāgēsimō nāta sum. 6. Finis secundī belli mundāni a. ae. n. millēsimō nōngentēsimō quadrāgēsimō quīntō fuit.

1. Marko je učenec četrtega razreda. 2. Koliko je ura? Ura je osem. 3. Mesec je dvanajsti del leta. 4. Danes je šestnajstega (16. dan meseca). 5. Ura je 24. del dneva. 6. Dan je 365. del leta. 7. Leta 390. pr. n. št. so Galci uničili (dělēvērunt) rimsko vojsko pri reki Aliji. 8. Moja mati se je rodila (= je rojena) leta 1907.

ZAIMEK (PRONOMEN)

1. Osebni zaimki (prōnōmina persōnālia)

(§ 49)

§ 75

I

1. Ego māior sum quam tū. 2. Parentēs semper memorēs sunt tuī. 3. Rēs mihi et tibi placet. 4. O mē miserum! 5. Quis tē videt? 6. Nēmō est mihi tē amīcus antiquior. 7. Apud Mārcum fuī, Lūcius ūnā mēcum fuit. 8. Tēcum mihi rēs est.

9. Nōs laudāmus, vōs vituperātis. 10. Memorēs este nostrī, sicut nōs memorēs sumus vestrī. 11. Quis nostrum ex omnī parte beātus est? 12. Iūlius nōbiscum ambulābat.

II

Osebno-povratni zaimki (prōnōmina persōnālia reflexīva)

a) 12. Nōn solum meī memor sum, sed etiam vestrī. 13. Nōn nōbīs solum nātī sumus, sed etiam reī pūblicae.

b) 14. Nimius amor suī turpis est. 15. Quī sē solum amat, quī sibi solum amīcus est, ā nullō amātur. 16. Homō iustus dē sē sēvērissimē iūdicat. 17. Rēs ita sēsē habet. 18. Militēs fortēs in sēsē spem habent.

1. Prijatelj se me vedno spominja. 2. Mene vesele knjige, tebe igre. 3. Kar meni ugaja, tebi ne ugaja. 4. Kdo je srečnejši (od) tebe? 5. S teboj se rad' sprehajam. 6. Vsi dobri so z nami. 7. Kdo vas ljubi, kdo se vas spominja? 8. Država je skupna mati nas vseh.

9. Knjige nosim vedno s seboj. 10. Samo sebe vidi. 11. Leni učenci ne škodujejo samo sebi, ampak vsej skupnosti.

2. Svojilni zaimki (prōnōmina possessiva) (§ 50)

I

1. Mē meae rēs dēlectant, tē tuae. 2. Socii vestri amīci nostrī sunt.

II

Svojilno-povratni zaimki (pr. poss. reflexiva)

a) 3. Cūr iūdicium tuum semper mūtās? — b) 4. Sapiēns omnia sua sēcum portat.

1. Jugoslavija je moja domovina, Rusija tvoja. 2. Moji starši so z vašimi starši v mestu. 3. Svojo domovino ljubimo. 4. Dobri ljudje ljubijo svoje starše. 5. Kaj nosite s seboj?

Dē familiā Rōmānā

1. Patrī meō nōmen est Quīntus, māter mea Tullia est. 2. Māter mea uxor (coniunx) patris meī est, pater meus coniunx mātris meae est. 3. Duo frātrēs et duae sorōrēs mihi sunt. 4. Frāter patris meī patruus meus est, frāter mātris

meae avunculus meus. 5. Pater patris mei avus meus est, ego nepos avi mei sum. 6. Soror mea neptis avi mei est. 7. Mater patris mei avia mea est. 8. Fratres et sorores consanguinei mei sunt.

9. Uxor mea nurus parentum meorum est, pater meus socer uxoris meae est. 10. Ego gener parentum uxoris meae sum. 11. Fratres et sorores uxoris meae affines mei sunt. 12. Affines et consanguinei propinqui mei sunt. 13. In familia nonnumquam etiam privigni et privignae sunt.

3. Kazalni zaimki

(prōnōmina dēmōnstrātīva) (§ 51)

§ 80

1. Haec res publica patria nostra est, huius civis sumus. 2. Ego vobis hoc suadeo. 3. Fortuna nunc huic, nunc illi amica est. 4. Quid te in hac urbe delectare potest, amice? 5. Hi montes, hae silvae, haec omnia nos delectant. 6. Hic niger est, hunc tu, Romane, caveto! 7. Quae (kakšno) tua est ista vita, amice? 8. Muta iam istam mentem! 9. Homo mobilis nunc hoc, nunc illud laudat. 10. Ulixes et Achilles clari sunt; huius fortitudo, illius prudentia clara est. 11. Senectus ipsa morbus est. 12. Homo piger ipse sibi nocet. 13. Falsa est opinio: Ego mihi ipsi proximus sum.

§ 81

1. Apud Helvetios longe nobilissimus fuit Orgetorix. Is dux coniurationis nobilitatis fuit. 2. Sapientia pulcherrima virtus est; ea omni laude digna est. 3. Helvetii cum Germanis pugnant, cum aut finibus suis eos prohibent aut ipsi in eorum finibus bellum gerunt. 4. Proditor eiusque socii rei publicae perniciem parabant.

5. Notum est illud (oni izrek) philosophi Graeci: idem fluvijs non semper idem est. 6. Eidem homini non semper idem placet. 7. Mores hominum non semper iidem sunt.

8. Eadem remedia nōn omnibus salūbria sunt. 9. Fructūs eārundem arborum nōn semper eādem māgnitūdine sunt. 10. Nōn eaedem rēs omnibus ūtilēs sunt.

§ 82

1. To mesto je moja domovina. 2. Ta knjiga je moja, tista je tvoja. 3. Marko je priden, Anton len; tega učitelj graja, onega hvali. 4. Tri hčere ima; najmanjša (med) njimi je stara 12 let. 5. Tulija in njene prijateljice so bile pri nas. 6. Tvoji in moji starši stanujejo v isti vasi. 7. Feliks in Viktor sta v istem razredu.

4. Vprašalni zaimki (prōnōmina interrogatīva) (§ 53)

§ 83

1. Quis in classe tuā tibi carissimus condiscipulus est? 2. Quid igitur cēnsēs? 3. Cuius vīta vērē beāta est? 4. Cui plūrima beneficia dēbētis? 5. Quem nōn dēlectat suāvis avium cantus? 6. Cum quō saepissimē ambulās?

7. Quae urbs caput cīvitātis nostrae est? 8. Quod metallum ūtilissimum est? 9. Quō annī tempore noctēs longissimae sunt? 10. Quibus hominibus nōmen Homērī ignōtum est? 11. Cum quibus sociīs in officīnā labōrās? 12. Duōs filiōs habēs; uter māior nātū est, utrī nōmen est Philippus?

5. Oziralni zaimki (prōnōmina relatīva) (§ 52)

§ 84

1. Quī sē excūsāt, sē accūsāt. 2. Nōn est bona māter, quae vitia liberōrum suōrum excūsāt. 3. Quod nocet, saepe docet. 4. Quod nōmen est sociō, quōcum labōrās? 5. Quī culpā liberī sunt, beātī sunt. 6. Sunt animālia, quae oculis nōn cernimus. 7. Condiscipulī, quibuscum saepe ambulō, sēduli sunt. 8. Nōn est bonus homō is, quī melior est pessimīs.

1. Kaj je dobro, kaj slabo? 2. Kaj nosiš? 3. Katerih grških pesnikov imena poznaš (= so ti znana)? 4. Katerega leta (abl.) si se rodil? 5. S čim (= s katero rečjo) nisi zadovoljen? 6. Kdo je srečen? Kdor je brez (prost) krivde. 7. Ti ono grajaš, kar jaz hvalim. 8. Nehvaležni ste onim, ki jim dolgujete največ dobrot.

6. Nedoločni zaimki (prōnōmina indēfīnīta) (§ 54, IV)

1. Nēmō ex omnī parte beātus est. 2. Nēmō Thēbānus Epamīnōndae pār erat eloquentiā. 3. Nullius bonī possessiō sine sociō iucunda est. 4. Quis nulli vitiō obnoxius est? 5. Probus invidet nēmini.

6. Nihil sine causā. 7. Nulla rēs vehementius rem pūblicam continet quam fidēs. 8. Homō nēquam nullius rei cūram habet. 9. Rōmānī dē nullā rē magis cōgitābant quam dē rē pūblicā.

7. Pronominalni adjektivi (§ 54, IV)

1. Agēsilāus alterō pede claudus erat. 2. Fuērunt Athēnīs duae factiōnēs, quārum ūna populī causam agēbat, altera optimātium. 3. Fulvus Ambustus ex duābus filiīs alteram Liciniō Stolōnī plēbēiō, alteram Aulō Sulpiciō patriciō coniugem dedit. 4. Alter alterius auxiliō ēget. 5. Aliud est vituperāre, aliud ēmendāre. 6. Laudābant aliī, aliī vituperābant.

7. Sōlus in silvā errābat. 8. In rēbus adversīs saepe sōli sumus. 9. Rēs praetōribus erat nōta sōlis.

10. Alexander Māgnus tōtius Asiae dominus erat.

1. Kdor nikogar ne ljubi, ni od nikogar ljubljén. 2. Ne potrebujem nobene pomoči (= pomoči nikogar). 3. Zdaj ni-

česar ne potrebujem. 4. Eno oko Grecije so bile Atene, drugo Lacedemon. 5. Vojaki so zahtevali drugega poveljnika. 7. Mati je sama. 8. Ves dan nič ne dela.

8. Soodnosni zaimki (prōnōmina correlātiva) (§ 55)

§ 89

1. Quot capita, tot sententiae. 2. Quot annōs nātus es? 3. Quālis vestis tibi placet? 4. Praeceptum rei pūblīcae nostrae est: Quālis lābor, tāle praemium. 5. Quantum labōrās, tantum obtinēs. 6. Prō hīs tantīs totque beneficiīs grātiās tibi agō.

§ 90

1. Kakršen človek, takšen govor. 2. Koliko učencev je danes v šoli? Toliko kakor (= kolikor) včeraj. 3. Nikogar ljubezen ni tolikšna kakor (= kolikršna) ljubezen matere do otrok.

POMOŽNIK (VERBUM AUXILIARE) ESSE (§ 88)

§ 91

Ind. in konj. prez. in impf., fut. I, imper., inf. prez., partic. fut. 1. Cūr contentī nōn estis? 2. Attentus es, Mārce! 3. Cōsulibus salūs rei pūblīcae suprema lēx estō! 4. Ventūrae memorēs iam nunc estōte senectae! 5. Cōsulēs duo suntō!

6. Sīs fēlicior Augustō, melior Trāiānō! 7. Sit tibi terra levis! 8. Nē sīmus sēvērī iūdicēs aliōrum!

9. In rēbus adversīs fortēs erāmus. 10. Hic sum, ubi vōs numquam eritis. 11. Si rēs futūrae nōbīs nōtae essent, saepe miserī essēmus.

§ 92

1. Naj bo (konj. prez.) mera pri (in) stvareh! 2. Domo-
vina naj nam bo (imper. II.) dražja (od) življenja! 3. Pravice
državljanov naj bodo (imper. II.) enake! 4. Bolni smo bili

(za) ranami. 5. Ako boste pridni, boste srečni. 6. Žalostno je biti sam. 7. Ko bi nam bila znana ura smrti, bi bili nesrečni (= bedni).

§ 93

Ind. in konj. pf. in pluspf., fut. II. 1. Fuimus Troēs, fuit Ilion. 2. Multae gentēs Rōmānīs obnoxiae fuērunt quae olim liberae fuerant. 3. Verba mea nē tibi molesta fuerint! 4. Amīcīs in rēbus adversīs auxiliō fuisse laudābile est. 5. Nisi ita fuisset, nunc miser nōn essem. 6. Utinam heri apud mē fuissēs!

§ 94

1. Delo je bilo danes težje, kakor je bilo včeraj. 2. (Najsi) ste bili (konj. perf.) bogati, (najsi) ste bili mogočni, srečni niste bili. 3. Kakršna bo vaša hrabrost (= močatost) v bitki, vojaki, takšna bo nato blaginja države. 4. Ko ne bi bilo (v) onem času Agezilaja (nomin.), bi ne bilo Šparte.

Sestavljenke (composita) z esse (§ 89)

§ 95

1. Amor suī in hominibus inest. 2. Verba mihi dēsunt. 3. Militibus nostrīs omnia deerant, animus nōn deerat. 4. Oc-cāsiō mihi dēfuit. 5. Amīcīs in rēbus adversīs dēfuisse turpe est. 6. Discordia rei pūblīcae plūrimum obest. 7. Nē obsīs sociīs! 8. In urbe contentus nōn sum, nam tū abes. 9. Trēs mēnsēs aberō. 10. Tyrannum praesentem et absentem omnēs timent. 11. Nox adest, properāte! 12. Orāmus vōs, ut nōbīs adsītis (= nē nōbīs dēsītis). 13. Omnia mihi nōta sunt, nam cōram adfuī.

§ 96

1. Populō Rōmānō magistrātūs praeerant. 2. Periclēs quadrāgintā annōs rei pūblīcae Athēniēnsium praefuit. 3. Inter exercitum nostrum et hostēs mōns intererat. 4. Multum interest inter adūlātōrem et vērū amīcum. 5. Lacedaemoniī pūgnae Marathōniae nōn interfuerunt. 6. E pugnā vīginti ūnus militēs superfuerunt. 7. Pater filiō superfuit.

§ 97

1. Hoc nōn modo nihil prōdest, sed etiam obest. 2. Prōsit!
3. Obesse facile est, prōdesse difficile. 4. Utinam mox ex
urbe migrāre possimus! 5. Prōderant miseris, sī poterant.
6. Intererō sermōnī vestrō, sī poterō. 7. Pueri hoc potuerunt,
virī nōn poterunt? 8. Utinam patrem mortuum ad vītam re-
vocāre possem! 9. Obesse potuisse, sed nōn offuisse laudābile
est. 10. Utinam omnēs sociōs servāre potuissēs!

§ 98

1. Nič ti ne manjka in ne (neque) bo manjkalo. 2. Rim-
ljanom je pomagala (= ni manjkala) sreča. 3. Rimskemu im-
periju so mnogo stoletij načelovali (pf.) cesarji. 4. Ljudje,
ki ne delajo, ne škodujejo samo sebi, ampak tudi skupnosti.
5. Vsi učenci so prisotni, nihče ne manjka (= ni odsoten).
6. Gora je bila od reke oddaljena 20.000 korakov. 7. Med
Galijo in Germanijo je reka Ren. 8. Aristid se je udeležil
bitke pri Salamini. 9. Sloga koristi in bo vedno koristila naši
državi. 10. Želimo, da koristite skupnosti. 11. Marko bi ti ko-
ristil, ko bi mogel. 12. Odsotni vam ne bi bili mogli (1. os.)
koristiti. 13. Pomagal ti bom, ako bom mogel.

§ 99

Thēbānus et Lacedaemonius

Thēbānus, quī diū in ūnō pede stāre poterat, Lacedae-
moniō: »Nēmō vestrum superāre mē potest.« Tum ille: »Nōs
nōn possumus, sed ānserēs possunt.«

§ 100

Dē exercitū Rōmānō

1. Exercitū Rōmānō imperātor praeerat. 2. Imperātōrēs
plērumque cōsulēs erant, rārius dictātōrēs. 3. Plūribus le-
gionibus lēgātī praeerant. 4. Sī imperātor aberat, ūnus ē lē-
gātis imperābat, quī lēgātus prō praetōre appellābatur.
5. Dux equitātūs magister equitum erat.

